



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Concor=||dia Discors,|| Sive || Qverimonia Catholicae  
Christi || Iesu Ecclesiæ**

**Lindt, Willem van der  
Coloniae, 1583**

**VD16 L 1926**

Concordiadicors Germanorvm Aliqvot Protestantivm. Sive Qverimonia  
Catholicae Christi Iesv Ecclesiæ ad Germanos Protestantes: cuius hæc  
sunt Capita , & Methodus tribus orationibus dispartita.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34269**

**CONCORDIA DIS<sup>Y</sup>** *Operis huius  
Methodus &  
Capit*a*.*  
CORS GERMANO.  
RVM ALIQVOT PRO-  
TESTANTIVM.

S I V E

QVERIMONIA CATHO-  
LICAE CHRISTI IESV ECCLE-  
SIA ad Germanos Protestantes : cuius hæc sunt  
Capita, & Methodus tribus orationi-  
bus dispartita.

**C**Atholica C H R I S T I Ecclesia *CAP. I.*  
Prophetico Threno suam apud S.  
Romanor. Imperij Principes & Ci-  
uitatum Gubernatores Protestantium  
nomine Gaudentes calamitatem deplo-  
rat: quibus ostendit non Christianum,  
immò C H R I S T I abnegatorem, qui  
aliquot fidei Dogmata mordicus obti-  
nens quædam contumax repudiat, aut  
temerarius noua humanæ doctrinæ ad-  
texit commenta : sed oportere illam in-  
tegram & sartam te&tam, nulla sui parte  
imminutam, aut adau&tam cum Eccle-  
si concordia & vnitate ouilis C H R I-  
STI

316 CAP. ET METHODVS  
S T I conseruari in omnibus.

2. Cur tot hodie nouæ orientur fidei Christianæ Confess. quot ferè sunt Hominum voluntates.
3. Quod nouæ istæ fidei Confessiones, quæ nomen aut à loco, aut ab Hominum persona ducunt, Christi nomen iam exutæ non sunt Christianæ : sed certò Anti-christianæ.
4. Exemplo Adamantis demonstratur fidē Christianā cuiq; oportere integrā esse atq; inuiolatā, nulla sui parte diminutā, vt nec ullius Dogmatis noui auctario suffarcinata.
5. Quod addendo fidei peccant iuniores Protestantes. Primū quod Sacramento Eucharistiæ nūc suū panē addunt pistoriū, contra fidē priscorū Christianorum & contra suā aedē primā Confess. Aug. Carolo V. A. exhibitam, & primam atq; incorruptam eiusdem Apologiam.
6. Collatio est Apologiarū illius primæ an. 31. editę cū hac in libro Cōcordiæ an. 80. Vbi plurimademonstrantur fraudulenter, & dolo malo à Theologis Protestantium immutata, mutilata, omissa: quæ optatā illam dissidentibus Christi Eccles. certo pariant concordiam Religionis.
7. Quod suo pani prophano sua in Cena Protestantes irreligiosa temeritate cor-

pus

QVERIMON.

317

pus Christi affingunt, cùm ministri ipso  
rum ad vnum ferè omnes nō sint conse-  
crati sacerdotes Christi, ideoque nec fa-  
cilitate, nec Christiano S. Eucharistiæ  
diuinitus conficiendæ officio præditi.

Quòd Theologi ordinum Protestantis  
um contra fidem Confess. August. sacri-  
lega impietate in hac Concordia addunt  
humano Christi corpori ficticiam suam  
Vbiquitatē Deitati eius peculiarem: quę  
cū veritate corporis Christi nō potest cō-  
sistere, nisi illud cū sacrilegis Entychianis  
& prophanis Manicheis fateantur eſ-  
ſe imaginariū. Idē nouū Vbiquitatis Ido-  
lū solidè cōfutatur ex præiudicio Syno-  
di Dresden. ann. 71. in quavniuersi Saxo-  
niæ Doctores & Superintendentes illud  
ex suo Luthero & cōſensu vniuersę Or-  
thodoxæ Christi ecclesiæ iam pridē fun-  
ditus euerterunt, & H̄erefeos adeo Eu-  
tychianæ damnarunt.

8.

Quod baptisatis Christi sanguine im-  
piè affingūt peccatū verè adhærens, cùm  
sint omni emundati peccato, culpa om-  
ni & reatu verè, non ī imaginariè absolu-  
ti, & Christi sanguine semel omni pecca-  
ti macula ad purum purum expurgati.

9.

Qd' intolerabili blasphemia D Christū  
Protestates afficiūt ipsū inuocātes & p se  
oret Deū Patrem, cùm sit vniuersorum

10.

D.

Dominus, & omnium Iudex à Patre cōstitutus, non qui supplex alijs veniam oret, sed ut tradita sibi à Patre potestate in omnes suo pro imperio vtatur.

Hāc irreligiosam Lutheranorū Christi inuocationem fuisse Cathol. Christi Eccl. semper ignotam, & à Mart. Lutherō impiè, ac ex pudenda Euangelij ignorantia confictam nefarium Nestorianis̄mum sapere. Vbi varia ponūtur SS. Scripturarum loca, quæ Lutherus à Rabbinis & Iudaizantibus deceptus suis in deprauatissimis Biblijs contra singularem Dom. Christi Maiestatem sceleratissime passim adulterauit. quo facinore orbi suum declarauit Nestorianis̄mum.

*Secundæ orationis Argumenta & Cap.*

i.

Quæ fidei detrahendo peccent Protestantes, ut pote quod abolent S. Trinitatis cultum & inuocationem.

2.

Quòd doctrinæ Christi Euangelicæ sacrilegi detrahunt Christianam ex bonis operibus iustificationem, ad quā impietatem statuendam Lutherus & D. Iacobii Apostoli epistolæ fidem stolidè abrogauit, & epistolam D. Pauli ad Rom. adjiciendo suum venenum nefariè adulterauit.

Quòd

Quòd Christianæ Litaniæ piam San-  
ctorum ad comprecationem & auxiliū  
inuocationem impiè Lutherani detra-  
hunt.

3.

Quòd temerè Protestantès iactant  
se Missam retinere: cùm potissimā eius  
partem puta Sacrificium Propitiatorium  
irreligiose admodum abiecerint. eam e-  
nim fatentur esse Sacrificium Eucharisti  
cū tametsi neutrū legatur in verbo Dei.

4.

Quòd solemnem Christianorū ora-  
tionem pro fratribus vita functis impiè  
abijcant Protestantès contra verbū Dei.

5.

Quòd noui Protestantium Theologi  
numerum Sacramentorum Christi sa-  
cilegè imminuunt, & sibi de illorū nu-  
mero constare nequeunt; cùm hoc ipso  
Concordiæ opere alibi duo tradant, ali-  
bi eodem libro ex Dei verbo tria fave-  
tuere profiteantur.

6.

Quòd Sacramentis suis Protestantès  
veram detrahunt Christi sanctificatio-  
nem, & Euangelicā Christi ex dimidio  
abolentiustificationem, S S. Scripturas  
liquidò depravantes.

7.

Protestantes addendo & detrahendo  
fidei Catholicæ cum impiο Achab tur-  
basse Israhelem: cuius exemplo metuen-  
ta ipsis est plaga furoris Domini, quæ  
nunc

8.

320 CAP. ET METHODVS  
nunc Armenos, Syros, Græcos, & vici-  
nos exercet ac malè coquit Hungaros.

Tertia huius Querimoniae Oratio.

I.

Transitio ad examen Cōcordiæ ann.  
80. editę. Vbi ostenditur hanc Protestā-  
tium Concordiā stare non posse, quod  
Aſystato & ruinoso nititur fundamēto,  
quia tria illa Symbola suæ fidei ceu fun-  
damenta iacta sex locis sacrilegè verbis  
adulterant, & sensu non Christiano de-  
prauant.

2.

An vera sit confessio August. quam  
habet Codex Cōcordiæ nūc editus. Vbi  
Cadmæa quædam Confess. August. in-  
ter se ex Diametro dissidentium pugna-  
tanquam Homerica Batromyomachia  
depingitur.

3.

Collatio huius Confessionis ann. 80.  
editę cum Autographo eius Latino Au-  
gustæ ann. 30. Carolo V. item exhibito.

4.

Quod ordinum Protestantū proce-  
res dolo malo à suis Theologis Concor-  
diæ rapsodis delusi suæ verę ac genuinę  
Confess. Aug. falsam, depravatā & adul-  
teratā ediderunt Apologiā, quæ insuper  
hāc ipsam funditus euertit Cōfess. Aug.  
tametsi velut authenticam eodē codice  
Cōcordię hoc anno comprehensam.

Quod

Quòd Apologia nūc edita falsum sub-  
Inde narrat contra fidem Historiæ acto-  
rum in Comitijs illis Augustanis.

Quòd falso plurima Dogmata Theo-  
logi Protestantum sua in Apologia fra-  
tribus suis Catholicis per Calumniā af-  
singunt ad fouendum execrabile istud  
Germanici schismatis scelus.

Quòd ijdem non modò SS. Patrū ver-  
ba deprauant et adulterant: sed sui etiam  
Magistri Lutheri ad sua noua stabilién-  
da figmenta. Vti varijs demonstratur exé-  
plis & querelis V vittenbergen. contra  
Iennenses & Illyricanos: & è contrario  
Tubingensium contra V vittenbergen.

Quòd contraria sui Magistri Lutheri  
placitis docent fideles isti Lutheri disci-  
puli. Hoc quatuor fidei Dogmatibus o-  
stenditur, de D. Iacobi epistola, quam cō-  
tra illum nunc agnoscent Canonicā: de  
SS. invocatione, de purgatorio & de no-  
uo istorum Brentianorum Vbiquitatis  
Idolo.

Quòd diuinās etiam Scripturas scele-  
ratissimo Lutheri exemplo violare, acte  
merare, adeoq; adulterare atque vitiare  
audent, vt noua & plura nouorū suorū  
Dogmatū statuāt Idola. quod plurimis  
SS. Bibliorū docetur corruptelis fædissi-  
mis.

X Quòd

5

6.

7.

8.

9.

10.

Quòd per Sycophátiam accusant **Catholicos** Idololatrię isti Theologi Prostantiū: cùm hoc ipsum illi docent, quod prima ipsa & genuina profitetur Cofess. August. cum prima sua Apologia Vittenbergæ Ann. 31. edita hoc ipso concordiæ opere approbata.

11,

Quod Confess. August. verè est semi-christiana, quæ multa fidei Dogmata reijciens, & impie damnans adeò non efficit Christianos, ut verè (quod aiunt D. Cyprian, & August.) faciat Antichristianos. Siquidem corpus Christi, quod Catholica est Ecclesia, truculentissime dilaniat, & eius vnitatem in fidei concordia nō seruat: sed sacrilega diuisione altare contra altare certissima Protestantium omnium pernicie constituit.

12,

Querela Ecclesię quòd miseri Germaniæ Principes & Optimates dolo male suorum Theologorum in præsentissimas Dei plagas, Turcarū seruitutem, & alias sese dant præcipites. vbi demonstratur qua fide illi egerunt Theologi in Legatione ad Patriarcham Constantipolitanarum ante annos sex missa: in qua septem Synodos Oecumenicas fraudulenter professi (vt eius eblandirentur fauorem) sese schismatico illi Patriarchę do-

Iose

Iose simularunt velle subijcere , atque  
cum schismatica eius Græcanica Eccle-  
sia coniungere.

Colligitur per Epitomen quidnā de  
Confessione August. Græcè Patriarchæ  
Constantipolitanō ad examinandū  
missa censuerit, & quam verberones illi  
egregiè ab eo vapularint: qui Dogmata  
Protestantium ad xxxiiii. refutarit, eaq;  
Patribus Orthodoxis , Synodis Oecu-  
menicis, & verbo Dei pugnantia cū Ca-  
tholicis solidè confutauit , atque adeò  
damnari. bonus sanè Patronus, qui Ca-  
tholicæ fidei controuersijs solidam &  
eamelaboratā contra Protestantes con-  
texuit Apologiam.

13.

Epilogus huius querimoniae.

F I N I S.

C O L O N I A E,  
*Typis Godefridi Kempenfis.*